Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31243
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



66

minatorē oraret. de alto pendens loco. Alter bruto animo equus
fluens sub curru & in refrenatis auris fortiter se extorquens & de
iugo semetipsū absoluens. equo altero solo sub suo remanente iugo.
exterritus p campestria cucurrit. & sic manus diuina iugum
pendens sine periculo sustentans. ⁊ uidente turba ob testimoniū
uirtutis diuine. secura in suo orans uehiculo. cū uno equo sub cur
ru posito ad plebis conuentionē discursu placabili illesa puenit.
& signis ⁊ uirtutib; suā confirmans doctrinā sermonib; salutarib; & sa
le diuino conditis plebē ortata est. Et hoc uirtutib; ipsius uidet
nobis ēē deputandū. Cum aper ferus singularis & siluestris terrens
& fugitiuus esset. ad gregē porcorū BRIGIDE felicissime conuersus cur
su peiculi puenit. Quē ipsa uentū inter suas cernens sues benedixit.
de inde impauidus ac si familiari cum ipsius grege pmansit porcorū.
Ecce uideris fīs. qd ⁊ bruta animalia & bestie sermonib; ⁊ uoluntati
ei resistere non poterant. sed subiecta ⁊ domita sibi famulabantur.
Nam cum aliquando aliquis inter ceteros offerentes ei munera de
longa uenens puinia offerens sues pingues. ⁊ alios secū missos ire
ad suam uillam quodā longo terrarū interuallo positā rogaret
ut ab eo sues acciperet. p longum triueris spatiū dierū triū ut qua
tuor amplius plurium. cum eo suos missos transmisit comites. ātēs
acto unius diei itinere in monte confinali regionū qui pprio nun
cupatur uocabulo cabōr. sues suas quas in longinquis opinaban
tur esse regionib; obuias contra se uenire alupis directis puiam
& coactos contemplati s̄. Et cum illi uicinus erant & intellexis
set suas esse. cognoscens suas pprias. ⁊ uideret agi foueas lupi qui
ob maximas beate BRIGIDE reuerentiam de suis maximis. ⁊ cam
po liphei. latissimo idonei pastoris in quo altis & mitis suibus labora
bant aduentantib; missis. relinquentes eas in lesas. mirabileq; hoc
eueniens intellecto & consueto more discesserunt. cū suibus factum
mirabile narrantes domū reuersi sunt. Item de eidem mirabilibus
gestis hoc factum uidetur nobis minime pretermittendū enarrare.
Quadā enim die cū aliquis nulla suffultus scientia uulpem p
regis palatiū ambulantē uideret putans illā obcecatis sensi
bus suis feram ēē bestiam. ⁊ qd in aula regis familius & mansue
ta esse uarius artib; docta. agilitate corpis ⁊ subtilitate animi
regi & suis comitib; grande pstans spectaculū ignoraret uiden
te multitudine occidit eam. Et tunc ab his qui uiderunt fac